

fatue: reus erit gehennæ ignis. Rursus aliud est, quod Prælati sponte de sua consilio innocentia, subditorum se accusationi supponit, (in quo casu præmissum Domini verbum debet intelligi) & aliud est, quod subditus non tam animo reprehendendi, quam detrahendi exurgit temerarius in Prælatum, cum ei potius incumbat necessitas obsequendi. Quod si forte necessitas postularit, ut Sacerdos tanquam inutilis, & indignus à cura gregis debeat removeri, agendum est ordinatè apud Episcopum, ad cuius officium, tam institutio, quam destitutio Sacerdotum noscitur pertinere.

¶ Nobis Apostolatus officio, sumus secundum Apostolum sapientibus & insipientibus debitores: pro universorum salute nos oportet esse sollicitos, ut & malos retrahamus à vitio, & bonos in virtutibus fovemus. Tunc autem opus est discretione majori, cum vitia sub specie virtutum occultè subintrent, & Angelus Sabana, se in Angelum lucis simulat, & transformatur. Sane significavit nobis venerabilis frater noster Episcopus Meten. per litteras suas, quod tam in urbe Meten., quam in Diocesi, Laicorum, & mulierum multitudo non modica, tracta quodammodo de fiderio scripturarum, Evangelia, Epistolas Pauli, Psalterium, moralia Job, & plures alios libros sibi fecit in Gallico sermone converti: translationis hujusmodi adeo libenter, utinam autem & tam prudenter intendens, ut secretis conventionibus talia inter se Laici & mulieres erudire præsumant, & sibi invicem predicare: qui etiam eorum aspernantur consortium, qui se talibus non immiscerent, & à se reputant alienos, qui aures & animos talibus non apponunt. Quos cum aliqui Parochialium Sacerdotum super his corripere voluissent, ipsi eis in faciem resistunt, conantes rationes inducere de Scripturis, quod non ab his debent penitus inhiberi. Quidam etiam ex eis simplicitatem Sacerdotum suorum fastidiunt, & cum ipsi per eos verbum salutis proponitur, se melius habere in libris suis, & prudentius se posse id eloqui submurmurant in occulto.

¶ Per hoc manifestè denuncians, quod Evangelica prædicatio, non in occultis conventiculis, sicut Hæretici faciunt, sed in Ecclesiis juxta morem Catholicum est publicè proponenda. Nam juxta testimonium veritatis, omnis qui male agit, odit lucem, & ad lucem non venit, ne ejus opera arguantur. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta: propter quod cum Pontifex interrogasset Jesum de Discipulis suis, & de doctrina ejus, respondit: Ego palam locutus sum mundo, ego semper docebam in Synagoga & in Templo, quo omnes Judei conveniunt, & in occulto locutus sum nihil. Porro si quis obiciat quod secundum præceptum Dominicum, non sit sanctum dandam canibus, neque margaritæ mittende sunt ante porcos: cum & ipse Christus non omnibus quidem, sed solis Apostolis dixerit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis: Intellegat canes & porcos non eos qui gratanter accipiunt, & margaritas libenter acceptant, sed illos qui sanctum dilacerant, & margaritas contemunt: quales sunt qui Evangelica verba, & Ecclesiastica Sacramenta, non ut Catholici venerantur, sed abominantur potius, ut Hæretici oblatrantes semper & blasphemantes, quos Paulus Apostolus post primam & secundam admonitionem docet esse vitandos. Arcana verò fidei Sacramenta, non sunt passim omnibus exponenda, cum non passim ab omnibus possint intelligi: sed eis tantum qui ea fideliter possint concipere intellectu: propter quod simpliciter inquit Apost. quasi parvulis in Christo, lac potum dedit vobis, non escam. Majorum enim est solidus cibus, sicut alius ipse dicebat: Sapientiam loquimur inter perfectos: inter vos autem nihil judicavi me scire, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. Tanta est enim divina scriptura profunditas, ut non solum simplices & illiterati, sed etiam prudentes & docti non plene sufficiant ad illius intelligentiam indagandam. Propter quod dicit scriptura, quia multi defecerunt scrutantes scrutatio. Unde videtur olim in lege divina statutum, ut desista qua murem tetigerit lapidetur: ne videlicet simplex aliquis & indoctus præsumat ad subtilitatem Sacra Scripturae pertinere. Scriptum est enim: Alitura te ne quæsieris. Propter quod dicit Apostolus: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.]

¶ Non est ergo credendum ei, qui dicit se missum à Deo, cum sit missus ab homine, nisi de se speciale proferat testimonium de scripturis & ejusdem miraculum operetur. Nam de his qui missi leguntur à Deo, Evangelista refertur, quod ipsi profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.]

¶ Juxta quod alibi dicit de seruo nolente apud dominum remanere, ut dominus offerat eum diti, cum enim juxta verbum Apostoli, servus suo domino sit aut cadat, profecto Sacerdos ab Episcopo, cuius correctioni est subiectus, debet in mansuetudinis spiritu castigari, non autem à populo cuius est correctio præpositus in spiritu superbie reprehendi: cum juxta verbum dominicum pater & mater non debent maledicti, sed potius honorari, quod de spiritali patre matris fortius debet intelligi, quam carnali.]

¶ P. T. H. 1. Cum ex injuncto. Vide Naucler. 120. Gallico sermone converti.] Chronic. Hirsaug. 188.

4 postularit.

XIII. IDEM in Concilio Generali. [an. 1216. Roma.]

Excommunicati sunt omnes Hæretici quibuscumque nominibus nominentur. Hoc dicit usque ad §. Damnati.

EXcommunicamus itaque & anathematizamus omnem hæresim extolentem se adversus hanc sanctam orthodoxam, & Catholicam fidem, quam superius exposuimus: condemnantes Hæreticos universos quibuscumque nominibus censeantur, facies quidem diversas habentes, sed caudas adinvicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum.

Damnati de Hæresi, per secularem Judicem puniantur, & bona Laicorum Hæreticorum confiscantur, & Clericorum bona applicantur Ecclesiis, nisi beneficiati erant. Hoc dicit usque ad §. Qui autem. Abbas Siculus.

§. 1. Damnati vero presentibus secularibus potestatibus, aut eorum Ballivis relinquatur animadversio debita puniendi, Clericis prius à suis ordinibus degradatis; ita quod bona hujusmodi damnatorum, si Laici fuerint, confiscantur: si vero Clerici, applicantur Ecclesiis, à quibus stipendia receperunt.

Si suspectus de Hæresi se non purgat, ad arbitrium Superioris excommunicatur: & existens per annum in excommunicatione, ut Hæreticus damnatur. Hoc dicit usque ad §. Moneantur. Abbas Siculus.

§. 2. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles: nisi juxta considerationem suspitionis, qualitateque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriuntur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur, ita quod si per annum in excommunicatione perstitierint, ex tunc velut Hæretici condemnentur.

Potestates seculares perpetuis, vel temporales jurare tenentur universos Hæreticos ab Ecclesia damnatos pro viribus exterminare: & temporales Dominus non purgans terram suam Hæreticis, excommunicatur: & si perstitit in excommunicatione per annum, nunciatur Papa, qui fideles ejus à juramento absolvet, & ejus terram fidelibus exponet, salvo jure principalis Domini, nisi ipse sit in culpa. Hoc dicit usque ad §. Catholici. Abbas Siculus.

§. 3. Moneantur autem & inducantur, & si necesse fuerit, per cen. Eccle. compellantur seculares Potestates quibuscumque fungantur officiis, ut sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publicè juramentum, quod de terris sue jurisdictioni subiectis universos Hæreticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studeant, ita quod amodo quodcumque quis fuerit in potestate, five perpetuam five temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum juramento premare. Si vero Dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, suam terram purgare neglexerit ab Hæretica feditate, per Metropolitanum & ceteros Comprovinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur: & si satisfacere contempserit, intra annum significetur hoc summo Pontifici, ut ex tunc ipse valallos ab ejus fidelitate denunciaret absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam exterminatis Hæreticis absque ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent, salvo jure Domini principalis, dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquid impedimentum opponat. eadem nihilominus lege servata circa eos, qui non habent dominos principales.

Cruce signati ad exterminationem Hæreticorum, gaudent privilegio concessio Cruce signatis in subsidium Terræ Sanctæ. Hoc dicit usque ad §. Credentes. Abbas.

§. 4. Catholici verò, qui Crucis assumpto charactere ad Hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque sancto privilegio sint muniti, quæ accidentibus in Terræ Sanctæ subsidium conceduntur.

Ibi ponitur pena credentium, receptorum, & defendentium Hæreticos: primo Laicorum: secundo Clericorum: usque ad §. Quia. Abbas.

§. 5. Credentes præterea receptores, defensores, & fautores Hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere, firmiter statuentes, ut postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit intra annum, ex tunc ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi nec ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocumque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause aliquæ ad ejus audientiam referantur. Si fuerit Advocatus, nullatenus ejus patrocinium admittatur: si Tabellio, instrumenta cuncta confecta per ipsum, nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnetur, & in similibus idem præcipuum observari. Si vero Clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, ut in quo major est culpa, gravior exerceatur vindicta. Si qui autem tales postquam ab Ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententia usque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sanè Clerici non exhibeant hujusmodi peffitentibus Ecclesiastica Sacramenta, nec eos Christiane præsumant tradere sepulture, nec elemosinas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto Sedis Apostolicæ specialis: similiter quilibet Regulares, quibus etiam hoc infligatur, ut eorum privilegia in illa Diocesi non serventur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare. P. T. H. 15. Credentes præterea.] Ex Constitutione Frederici II. Graviter exerceatur vindicta. Can. quia sanctum. dist. 50. Nullus debet sibi officium predicandi assumere, nisi super hoc sibi à jure vel à Sede Apost. vel à Diocesano Episcopo licentia concedatur: alius excommunicatur, & nisi resipuerit, alia pena imponitur. Hoc dicit usque ad §. Adjuvamus. Abbas.

§. 6. Quia vero nonnulli sub specie pietatis, virtutem ejus juxta quod Apostolus ait, abnegantes, auctoritatem sibi vindicant predicandi, cum idem Apostolus dicit: Quomodo predicabunt nisi mittantur? omnes qui prohibiti, vel non missi, præter auctoritatem ab Apost. Se. vel Catholico loco succedant, publicè vel privatim predicationis officium usurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur: & nisi quam citius resipuerint, alia competenti pena plectentur.

Archiepiscopi & Episcopi inferiorum suorum Provinciarum Dioceses suspectas habentes de hæresi, saltem semel in anno per se vel per alios idoneos visitent, qui etiam debent, si hoc exspectare videbitur, exigere juramentum ab illis de vicinia ad revelandos Hæreticos, & occultis conventicula celebrantes: quos revelatos, repositos canonice punient, & venientes jurare, ut Hæretici condemnentur. Hoc dicit usque ad §. Volumus. Abbas.

§. 7. Adjuvamus insuper ut quilibet Archiepiscopus vel Episcopus per se aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas ab aut saltem semel in anno propriam Parochiam in qua fama fuerit, Hæreticos habitare, circumceat, & ibi tres aut plures boni testimonii viros, vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam jurare compellat, quod si quos ibidem Hæreticos sciverit, vel aliquos occultis conventicula celebrantes, seu à communi conversatione fidelium vitæ & moribus dissidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus ad præsentiam suam convocet accusatos, qui nisi se ab objecto reatu purgaverint; vel si post purgationem exhibitam in primitiam fuerint relapsi perdidit, Canonice puniantur. Si qui verò ex eis juramenti religionem obtinente damnabili resipuerint, jurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam Hæretici reputentur.

Episcopus negligens in hæresi persequenda, à Dignitate Episcopali est removendus, & alius idoneus est subrogandus. Hoc dicit usque ad finem. Abbas Siculus.

§. 8. Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientie districte præcipimus, ut ad hac efficaciter exequenda Episcopi per Dioceses suas diligenter invigilent, si Canoniam velint effugere ultionem. Si quis enim Episcopus super expurgando de sua Diocesi hæretica pravitate fermento negligens fuerit vel remissus, cum id certis indicibus apparuerit, & ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituitur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere pravitate.

extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause aliquæ ad ejus audientiam referantur. Si fuerit Advocatus, nullatenus ejus patrocinium admittatur: si Tabellio, instrumenta cuncta confecta per ipsum, nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnetur, & in similibus idem præcipuum observari. Si vero Clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, ut in quo major est culpa, gravior exerceatur vindicta. Si qui autem tales postquam ab Ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententia usque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sanè Clerici non exhibeant hujusmodi peffitentibus Ecclesiastica Sacramenta, nec eos Christiane præsumant tradere sepulture, nec elemosinas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto Sedis Apostolicæ specialis: similiter quilibet Regulares, quibus etiam hoc infligatur, ut eorum privilegia in illa Diocesi non serventur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare. P. T. H. 15. Credentes præterea.] Ex Constitutione Frederici II. Graviter exerceatur vindicta. Can. quia sanctum. dist. 50. Nullus debet sibi officium predicandi assumere, nisi super hoc sibi à jure vel à Sede Apost. vel à Diocesano Episcopo licentia concedatur: alius excommunicatur, & nisi resipuerit, alia pena imponitur. Hoc dicit usque ad §. Adjuvamus. Abbas.

§. 6. Quia vero nonnulli sub specie pietatis, virtutem ejus juxta quod Apostolus ait, abnegantes, auctoritatem sibi vindicant predicandi, cum idem Apostolus dicit: Quomodo predicabunt nisi mittantur? omnes qui prohibiti, vel non missi, præter auctoritatem ab Apost. Se. vel Catholico loco succedant, publicè vel privatim predicationis officium usurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur: & nisi quam citius resipuerint, alia competenti pena plectentur.

Archiepiscopi & Episcopi inferiorum suorum Provinciarum Dioceses suspectas habentes de hæresi, saltem semel in anno per se vel per alios idoneos visitent, qui etiam debent, si hoc exspectare videbitur, exigere juramentum ab illis de vicinia ad revelandos Hæreticos, & occultis conventicula celebrantes: quos revelatos, repositos canonice punient, & venientes jurare, ut Hæretici condemnentur. Hoc dicit usque ad §. Volumus. Abbas.

§. 7. Adjuvamus insuper ut quilibet Archiepiscopus vel Episcopus per se aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas ab aut saltem semel in anno propriam Parochiam in qua fama fuerit, Hæreticos habitare, circumceat, & ibi tres aut plures boni testimonii viros, vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam jurare compellat, quod si quos ibidem Hæreticos sciverit, vel aliquos occultis conventicula celebrantes, seu à communi conversatione fidelium vitæ & moribus dissidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus ad præsentiam suam convocet accusatos, qui nisi se ab objecto reatu purgaverint; vel si post purgationem exhibitam in primitiam fuerint relapsi perdidit, Canonice puniantur. Si qui verò ex eis juramenti religionem obtinente damnabili resipuerint, jurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam Hæretici reputentur.

Episcopus negligens in hæresi persequenda, à Dignitate Episcopali est removendus, & alius idoneus est subrogandus. Hoc dicit usque ad finem. Abbas Siculus.

§. 8. Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientie districte præcipimus, ut ad hac efficaciter exequenda Episcopi per Dioceses suas diligenter invigilent, si Canoniam velint effugere ultionem. Si quis enim Episcopus super expurgando de sua Diocesi hæretica pravitate fermento negligens fuerit vel remissus, cum id certis indicibus apparuerit, & ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituitur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere pravitate.

XIV. GREGORIUS IX. Archiepiscopo Mediolan. [c. an. 1235. Româ in Insulbriam.]

Laici, cuiuscumque professionis sint, predicare non debent. Sicut in uno corpore: Et infra. Cum igitur nonnulli Laici predicare præsumant, & verendum nimis existat ne vitia sub specie virtutum subintrent: nos attendentes, quod Doctorum ordo est in Ecclesia Dei quasi præcipuus; mandamus, quatenus, cum alios Dominus Apostolos delegerit, alios Prophetas, alios vero Doctores; interdicas Laicis universis, cuiuscumque ordinis censeantur, usurpare officium predicandi. P. T. H. 15. Sicut in uno, &c.] Vide Naucler. 612. Vincent. 31. 7.

XV. IDEM. [c. an. 1235. Roma.]

Hoc caput, usque ad §. Si qui autem, habetur in C. Excommunicamus, supra eod. tit. in princ. unde summa & declarata, prout ibi fuit dictum.

EXcommunicamus & anathematizamus universos Hæreticos, Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Pars II.

Passaginos, Toffepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios, quibuscumque nominibus censeantur, facies quidem habentes diversas, sed caudas adinvicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum. Damnati verò per Ecclesiam, seculari judicio relinquuntur, animadversio debita puniendi, Clericis prius à suis Ordinibus degradatis. P. T. H. 16. Excommunicamus.] Mathæus Paris. 645. Hierony. Rubens 269. 2.

Si in hæresi deprehensus, voluit redire ad fidem, detruendi sunt in perpetuo carcere ad penitentiam perveniam: & credentes erroribus Hæreticorum, Hæretici sunt. Hoc dicit.

§. 1. Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire noluerint ad agendam condignam penitentiam; in perpetuo carcere detruantur: credentes autem eorum erroribus, Hæreticos similiter judicamus.

XVI. IDEM. [c. an. 1235. Roma.]

Liberantur ab omni obligatione, qui Hæretici tenebantur adstricti.

Abolutus 17. se noverint à debito fidelitatis homini, & totius obsequii, quicumque lapsus manifestè in hæresim aliquo pacto quacumque firmitate vallato tenebatur adstricti. P. T. H. 17. Abolutus, &c.] Caus. 11. quest. 3. Caus. 91. & 98. D. Thomas 2. 2. quest. 12. art. 2. & quest. 10. art. 11. Bellarmin. cap. 7. lib. 3. Siebert. anno 1088. Petr. Cluniacens.

DE SCHISMATICIS, ET ORDINATIS AB EIS. TITULUS VIII. I. EX CONCILIO LATERANENSI. [an. 1102. Roma.]

Irrite sunt Ordinationes, Beneficiorum collationes, & Ecclesiasticarum rerum alienationes per Schismaticos facta; & à Dignitate & Ordine suspendantur qui schisma tenere jurant.

Quod à Prædecessore nostro: [Et infra.] Ordinationes ab Octaviano & Guidone Hæreticis factas, & ab Ordinatis ab eis, irritas esse censuimus: adjectis, ut qui Dignitates Ecclesiasticas seu Beneficia per dictos Schismaticos acceperint, careant imperiatis. Alienationes quoque quæ per eosdem Schismaticos, seu per Laicos factæ sunt de rebus Ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad Ecclesias sine omni onere revertantur. Si quis autem contra præsumpserit, excommunicatione se noverit subiacere, illos verò qui sponte juramentum de tenendo schismate præstiterint, à sacris Ordinibus & Dignitatibus decernimus manere suspensos. P. C. 2. eod. tit. in 1. Compil.

§. 1. Fe. Me. PP. Innocentio est, innovantes.] Kadovic. 4. Metropol. 7. Neubrigens. 22. Arnulph. in Epist. Guidone. Witone. Hæreticis. V. C. addit: necnon & Joanne Struvenst, qui eos secutus est. Alienationes quoque.] V. C. addit: sine invasiones.

II. INNOCENTIUS III. Bisuntin. Archiepiscopo. [c. an. 1213. Româ in Germaniam.]

Ordinatus à Schismatico, ab officio est repellendus, nisi probet secum dispensatum per habentem potestatem.

Fraternitati tue: Et infra. Priorem quem à Schismatico aliter ordinatum, ab officio poteris repellere incunctanter, nisi legitime probaverit secum fuisse misericorditer dispensatum, & ab ea persona, quæ super hoc potestatem habuerit dispensandi.

DE APOSTATIS, ET REITERANTIBUS BAPTISMA. TITULUS IX. I. ALEXANDER III. [c. an. 1180. Roma.]

Clericus, qui dimisso habitu & tonsurâ, immisceat se eorum vitibus, perdit privilegium Canonis, si quis suadente. Unde cum deprehendentes non incidunt in Canonem, scilicet excommunicationem.

Præterea Clerici, qui relicto Ordine Clericali, & habitu suo, in apostasia tanquam Laici conversantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per censuram, & post Concilium non præcipuum liberant. P. T. H. 1. Alexander III.] Eugenius I. Saresb. c. 16. Episcopo.

in Authen. Gazaro. C. de Hæret.

Vide B. Th. 2. 2. q. 12. art. 2. & Alfonsum Castrem. lib. 2. de iusta hæret. puni. c. 7. & Simancam, Cathol. Instit. tit. 46. de pænit. Hæc verba, & ordinatis ab eis, desunt in omnibus manuscr.

Cap. un. eod. tit. in 111. Compil. Vide Bernardinum Diaz. in Prædica crimin. Canon. c. 4. & seq.

H h